

capienda. Est etiam genus argumen-
 torum aliud, quod ex facti uestigijs
 sumitur, ut telum, cruor, clamor edi-
 tus, titubatio, permutatio coloris, o-
 ratio inconstans, tremor, & eorum
 aliquid, quod sensu percipi possit, et-
 iam si præparatum aliquid, si com-
 municatum cum aliquo, si postea ui-
 sum, auditum, indicatum. Verisimi-
 lia autem partim singula mouēt suo
 pōdere: partim etiāsi uidentē esse exi-
 gua per se, multū tñ, cum sunt coa-
 ceruata, proficiunt. Atq; in his ueri-
 similibus insunt nonnūquam etiam
 certæ rerum, & propriæ notæ, maxi-
 mam autem facit fidem ad similitudi-
 nem ueri, primum exemplum, dein-
 de introducta rei similitudo, fabula
 etiam nonnunquam, etsi sit incredi-
 bilis, tamē homines commouet. C.F.
 Quid definitionis? quæ ratio est, &
 quæ uia? C.P. Non dubium est id qui-
 dem, quin definitio genere declare-
 tur, & proprietate quadā, aut etiam
 communium frequentia, ex quibus
 pro-